Oss. I.

II.

Incipit prologus libri Iuris Polonici et ordo eius, qui seruatur per omnes prouincias regni Polonie. Capitulum primum.

Non debet reprehensibile nec mirum iudicari, si secundum temporum varietatem consuetudines et facta humana uarientur, cum cuilibet non sufficiat uirium fortitudine pollere uel armorum pulcritudine esse ornatum, si moribus et factis non fuerit decoratus. Et ob hoc Nos Kazimirus dei gracia rex Polonie vna cum baronibus nostris nutu et uoluntate dei considerantes, quod iuxta temporum antiquitatem in terris dominio nostro subiectis, plereque cause in iudicijs non uniformiter sed secundum animorum diuersitatem, quamuis super vno et eodem facto varie et diuersimode decidentur et diffiniuntur, ex qua uarietate questiones seu cause plerumque post | multiplices uexationes remanent quodammodo immortales uel immemoriales : quapropter omnipotentis dei, beate uirginis Marie tociusque curie celestis et ad profectum, commodum et utilitatem nostrorum subditorum decreuimus predictorum iudiciorum seu causarum decidere et euellere uarietatem, uolentes et statuentes, quod deinceps perpetuis temporibus iuxta infra scripta duntaxatque statuta omnes et singuli iudices terrarum nostrarum debeant et teneantur iudicare et eadem statuta distincte et firmiter obseruare.

18. (1). Capitulum primum.

Plerumque fit, quod aliqui propter causas consanguineorum uel famulorum suorum ad iudicia uenientes, per strepitum et importunam ipsorum audaciam, sentenciam siue uictoriam causarum consueuerunt reportare,

Unde super hoc providere volentes, statuimus, quod quisquam cuiuscumque condicionis existat, propter causam consanguinei vel cuiuslibet familiaris aut servitoris ad iudicium venire non presumat. Qui || si contra facere presumpserit, pena, que dicitur pentnadrisce nostre camere applicande puniatur.

19. (2). **Ad regis presenciam qui citati negligere presumant.**

Contigit eciam, quod dum aliqui pro quibuslibet criminibus et debitis ad nostram evocantur audienciam, nominant dominos et quoslibet ipsorum superiores, allegantes, quod mandato et auctoritate suorum dominorum et superiorum huiusmodi crimina et delicta commiserunt. Horum quamvis aliquibus temporibus contra racionem fuerit observatum et huiusmodi malefactores per eandem nominacionem a pena liberantur, cumque huiusmodi nominacio continet in se errorem intollerabilem ex eo, quod directe contrariatur precepto divino: unde nos attendentes, quod in suos actores termini vendicant sibi locum, statuimus, quod citati pro quibus|libet criminibus respondere non obstante qualibet denominacione predicta, eciam si super hoc privilegijs nostris vel nostrorum predecessorum comunitum, que quantum ad hoc ut perniciosa et erronea cassamus et irritamus et revocamus atque hereditarijs necnon et alijs quibuslibet questionibus per citaciones in nostro iudicio nominati, si nostram iurisdiccionem voluerint declinare, volentes in se accipere easdem questiones, decrevimus, quod extunc predicti citati, cuiuscumque sint status vel condicionis habeantur pro convictis.

24. (3). **De inpignoracionibus capitulum tercium.**

Preterea quia per frequentem pauperum inpignoracionem plerumque pauperes plurima

dampna et oppressiones multiplices faciuntur, vi-
28] delicet|in eo, quod catervatim et in turbis non per mo-
dum justiciarie potestatis ad aliquam villam impi-
gnoraciones accedentes, dampnabiliter et plerumque
absque judicis mandato et sine culpa domini vil-
le villanorum committere plurimas presumunt ra-
pinas: quapropter hoc super providencia volentes,
statuimus, quod deinceps judex vel subiudex ad
pignoracionem faciendam non plures, quam duos
famulos cum ministeriali transmittat et quod
sine culpa vel sine causa vel non condempnatos
seu convictos aut in judicio non confessos, ipse ju-
dex non presumat vel non permittat impignorare.
Quod si ipse judex vel aliqui alij quavis aucto-
ritate vel po|cius propria temeritate et presump-
cione impignorare et pocius rapinas committere
presumpserint, decrevimus decidendo, quod pec-
cora seu quaslibet alias res racione impignora-
cionis ablatas et recepta, judex domino ville
impignoraciones, villanis ville ejusdem asserenti-
bus indebite et contra justiciam se esse impigno-
ratos, remota et cessante qualibet difficultate,
eadem pignora integraliter et ex toto super fi-
dejussoria caucione restituere teneatur, termi-
no eidem domino ville vel villanis impignora-
tis et ostendendam suam innocenciam assigna-
to, et nichillominus vel audacia et temeritas
impignorancium restringatur, decrevimus, quod
dum premisso modo sine culpa impignorati pa-
tefecerunt suam innocenciam, quotque perso-
ne fuerint in dicta pignoracione, judex vel ju-
dex, qui fuerint in mandato, pro qualibet
ipsorum penam, que vocatur pentnadzisce, no-
verit se incursurum domino ville impignorate
persolvendum.

25. (4). De pena regis camere pertinente, capitulum quartum.

Preterea pena, que consuevit nostro fisco sive
nostre camere applicari, que vulgariter dicitur

tedndzesant, statuimus, quod tantummodo in quatuor causis infra scriptis et non pluribus no„ stre camere applicetur:

¶ Primus casus est de incendiario, vbi accusatus de incendio iuxta formam iuris minime se pote„ rit excusare uel expurgare.

¶ Secundus casus est, vbi aliquis accusatus de violencia siue spolio fuplice strate defecerit in sui expurgacione.

¶ Tercius casus est, vbi aliquis in iudicio iudi„ cium nostrum paruipendens, cultellum, gladium presumpserit extrahendum.

¶ Quartus casus est, dum aliquis iudicatus et condempnatus et iussus satisfacere uel suffi„ cientem fideiussoriam caucionem prestare et fa„ cere contempserit et de iudicio per suam rebel„ lionem discesserit, non prestita predicta caucione.

Volumus ut quod premissa in premissis qua„ tuor casibus nostre camere applicentur.

1. (5). De pecunia hereditatis obligate.

Cum omnes constituciones et statuta legem inponant ‖ rebus et negocijs futuris et non pre„ [29 teritis, volumus, ut omnes nostre constitucio„ nes edite nunc in colloquio generali in Wy„ slicia non respiciant preterita, sed tantummo„ do presencia et futura. Vnde si quis citat ad iudicium aliquem pro hereditate in pecunia ob„ ligata et ipsum ad iudicium euocat, extunc si reus peremptorio in termino non parebit, ac„ tor lucrabit nominatam hereditatem, pecunia reo nichilominus restituta.

2. (6). De hereditatum limitibus distinguendis, ca„ pitulum quintum.

Crebra altercacione inter nostros subditos su„ per limitibus in hereditate ipsorum distinguen„ dis graues questiones suscitantur, ex quibus expense augentur et labori | nimio interdum sup„ ponantur discordantes. Et quia aliqui fluuiorum et plurimam inter hereditates profluunt

(5) habentur, unde si que ville aut hereditates in„
uicem conueniunt, aliquo flumine uel riuulo me„
diante, ita, quod quelibet hereditas suam ri„
pam teneat illius fluminis ad ipsam protensam;
quod si idem fluuius obmisso principo alueo
diuerterit suum meatum siue defluxum per a„
lia loca, non ministerio hominis sed uirtute
propria, tunc primus alueus, ubi ante decur„
sus fuit aque, pro ueris limitibus est reputan„
dus, et ibi in lacu illo de utraque uilla homi„
nes inhabitantes faciunt licite suas piscaturas.
Secus autem dicimus si fluxus fluminis a pro„
prio meatu per reparacionem hominis retraha„
tur, || tunc etenim decursus fluminis pro terminis
est habendus.

3. (7). De iure militalium et uexillorum fruicione in expedicione, capitulum sextum.

Ius militale. Quidam ex nostris nobilibus cum
in castris contra hostes positi fuerint, abiecto
omni rubore cum minima strennuitate commu„
nicantes, sub nullius uexillo de nostro exercitu
se locare consueuerunt. Et quia turpis est ad
hunc finem, ut machinarum, propugnaculo„
rum aut ipsius exercitus custodiam euitare et
defensionem, quam ceteri fratres ipsorum sub
certis uexillis locati, secundum ordinem inter
ipsos positum facere consueuerunt. Et quia tur„
pis est pars, que suo non congruit uniuerso,
¶ statuimus, ut quilibet miles aut simplex sub
certo uexillo electo cum | sua stacione conquier„
cat, ut ingruente necessitate belli et dimicacionis
cum hostibus, sciat capere locum pro sui uexilli
defensione; taliter uolumus, quod si amplius
tales in nostro exercitu inuenti fuerint, per sub„
camerarium nostrum, sub cuius potestate exi„
stunt uel sub quo degunt captiuos uel capti„
ui nobis debebunt presentari, equi uero eorum
eidem subcamerario pro ipsa culpa applicentur.

4. (8). De uictorum satisfaccione capitulum septimum.

Quia victus victori tenetur satisfacere de cuiu(s) || et de iudicio prius non recedere, nisi satis det, in quo est condempnatus, quidam inopia uel rebellione ducti, recedunt de iudicio condempnati uel ullam satisfaccionem aduersario reddentes: propter que volumus, ut tales inobedientes de malicia ipsorum commodum non reportent. Postquam victi fuerint in iudicio, ad manus suorum aduersariorum ligati tradantur; et si in captiuitate manentes effugerint, a potestate ipsorum sint liberi et soluti ipso facto et omni debito, quod tenentur, post debitum furtum, quod semper dampnati soluere tenebuntur. [30

76. (9). De tasseratorum iure et mutuata ipsis pecunia per modob.

Ut noxius ludus | taxillorum abiciatur, per quem sepius iusti patres propter filiorum excessum de bonis pelluntur absque demeritis ad nimiam ipsorum paupertatem, statuimus, ut si alicuius filius utroque parente sanis existentibus, deluserit alicuius pecunie quantitatem, predicti ludentis parentes non tenebuntur ipsi victori pro ipsorum filiis ad alicuius pecunie deluso satisfaccionem. Item dicimus de Iudeis si mutuarent pecuniam tali filio exparentibus adhuc sanis, concessio facta non ualeat, nec ad satisfaccionem ad aliquam Iudeis dicti parentes compellentur. Sic eciam dicimus de omni contractu inique cum filio familias, quod non valet cum sit et paterna potestate constitutus, propter quod non habet alicuius dominium rei uel aliquam possessionis tradicionem.

77. (10). De ludo super || prestantiam.

Ad precludendam lusoribus taxillorum malicie subtilitatem, qui consueuerunt inebriatos aut ad prouocacionem ne deductus nouercante ipsis taxillorum ludi fortuna super prestanciam seu credenciam de pecuniis, equis et quandoque de hereditatibus cribrare, expoliare, dampnose a-

mouere, qui sic delusis ad inopiam dedicti uel plurimum ad vicia deteriora labuntur, propter que ulcio iudicialis iuxta ipsorum demerita a nobis consueuit in talibus exerceri, et hunc malum vi„ tandum et quod nostri nobiles rebus habundantes strennuitate debiti pro defensione regni forcius in„ vigilent, decreuimus, ut deinceps terrigena noster, ciuis, alienigena cuiuscunque status aut condi„ cionis existat, in nostro | regno non ludat taxillos prestanciam, sed tantummodo pecunia pro para„ ta. Qui si quispiam contra hoc statutum uene„ rit temerarie, ipso iure non valeat euicio nec ad aliquem solucionem seu ad satisfaccionem victus victori tenebitur, nec fideiussor datus ipsi vincen„ ti poterit de debito ammoueri. Si quis vero sper„ nens hoc statutum pro pecunia sic euicta acriter monuerit suum debitorem cum turpibus uel eius fideiussorem, quocienscunque maledixerit uel in„ properauerit pro debito prelibato, tociens illi pro sua verecundia penam pentanazosto que dicitur soluat et nostro iudicio nichilominus aliam simi„ lem penam pro inobediencia.

96. 31] (11). De ludo illius, qui a patre et fratribus || non est separatus.

Filius nondum emancipatus constitutus in pa„ terna potestate nec a fratribus diuisus uel sepa„ ratus, si globizando uel tasserizando uel quem„ libet alium ludum dampnosum ludendo et exer„ cendo aliquod perdiderit, talia omnia et singu„ la per ipsum deperdita, volumus et decreuimus, quod in ipsius partem seu sortem computentur, nichilominus decernentes, quod siue in taxil„ lis siue in scacis uel alca uel quibuslibet alijs ludis lucrosis, ipsis ludentibus ad pecunias, c„ quos uel alias qualibet res lucratas seu in huiusmodi ludis acquisitas, mouendi, peten„ di, requirendi seu vendicandi, non obstante qualibet fideiussoria caucione seu obligacione, penitus nullum | ius ex predictis ludis sit acqui„

situm, sed duntaxat quoslibet ludos haberi concedimus et volumus gracia temporis deducendi et causa solacij et exercicy habendi.

6. (12). De patris et filiorum unico sigillo.

Quia filij cum patribus iurisfaccione una persona censentur, ideoque statuimus, quod viventibus patribus filij duntaxat sigillo paterno utantur et aliud portare uel habere non presumant.

7. (13). De expedicionis visitacione generali.

Quia onus preserlim, quod omnes tangit, inter plures diuisum facilius deportatur, quapropter statuimus, quod omnes sculteti tam spiritualium quam secularium personarum iuxta ipsorum facultatem ad quamlibet expedicionem nobiscum teneantur.

8. (14). De clericorum visitacione expedicionis.

Cum nullus iure suo debeat defraudari et quia plerique clerici nostri regni bona patrimonialia tenentes, de eisdem bonis sub umbra clericali debita nobis et nostro regno seruicia in facienda expedicione subtrahere consueuerunt, ideoque statuimus, quod idem clerici nostri regni, cuiuscumque status existant, predicta patrimonialia bona tenentes uel nobiscum personaliter transire teneantur ad quaslibet expediciones iuxta predictorum bonorum facultates, uel eadem bona proximis suis laycis fratribus teneantur dimittere et renuncciare eisdem. Qui si neutrum facere curauerint, predicta qualibet bona predictorum clericorum decreuimus nostro regno perpetuus applicandam.

5. (15). De obseruacione penarum palatinorum et omnium iudicum.

Ut in rapinis aut infignoracionibus nostrorum pauperum aliquis modus obseruatur. Consueuerunt auari iudices et eorum officiales, ut postquam pro penis in iudicio lapsis aliquos pauperes aut nobiles inpignorant, statim spolia diuidunt, nullam graciam cum pignorato facientes. Ad succidendam itaque hanc consuetudinem perniciosam et eam amplius seruare nolentes et prohiben-

tes, statuimus, ut si quis iudex, palatinus, cas-
tellanus aut ipsorum officiales uel maleficiorum
iudex, qui opprawcza dicitur, aut alius quicum-
que pro penis iudicialibus per eos latis aut alijs
excessibus aliquem nostrum terrigenam, diuitem
uel pauperem, nobilem uel simplicem inpigno-
32] rauerunt uel iusserint inpignorare,|| pignora in
equis, pecudibus aut in alijs substancijs sic re-
cepta non distrahendo uel diuidendo, si fuerit
in estiuo tempore, duabus septimanis integris, si
autem hyemali, octo diebus illibata debent per
recipientem conseruari, siue iuste pignorati fue-
runt uel indebite rapina in eos commissa.
Et si extunc per illum uel illos, quorum sunt pi-
gnora, pro commissis penis non fuerit illis, qui in-
pignorauerunt, satisfactum uel suam innocenciam
non ostenderit, licitum sit inpignorantibus illa
distrahere et diuidere pro libera eorum voluntate.
Quod si tales iudices aut alij superius nominati,
eorum auaricie non parcentes, infra predicta
tempora inter se diui|serint aut dissipauerunt
uel eciam aliena mutant unum uel de predic-
tis, dampnum passo iuxta valorem animalis de-
perdito, quod suo sacramento, cum pena pentna-
zete tenebuntur resarcire. Hoc statutum salubre
propter nostrorum procuratorum rapinam enormem,
quam sepius committunt et ad uices eorum gerentes
extendimus siue prorogamus.

80. (16). De militibus et nobilibus furta et spolia commit-
tentibus.

Sepius contingit, ut quidam de militali prosa-
pia procedentes, ueluti prodigij honoris et fame ipso-
rum, furta seu latrocinia committentes, sunt profu-
gi nostri regni spontanea voluntate ipsorum, ut si,
cut occasionem habentes, plura committere non for-
midant, pro quibus incidant in iram nostre in-
dignacionis. Tandem de commissis furtis et ceteris
actibus || malis penitencia ducti, amicorum suorum
intercessione mediante, nostram clemenciam im-

plorare consueuerunt. Volumus, quod licet nostra
ira sit dimissa eis et penam nichilominus pro fur-
tis et dampnis iuris iustis illatis tenebuntur iudi-
cialiter respondere et satisfacere iuxta sentencie
diffinicionem per iudicem deputatum et infamem
talem reputamus, neque alijs nobilibus, qui neque
profugi extiterunt, in fama et in sublimitate ho-
noris poterunt adequari. Similiter illum dicimus
infamem, qui occulte insidiando habitatoribus re-
gni, fures et profugos seruat et partitur cum eis
rapta et male conquisita: tales non possunt se di-
cere probos, cum infames probi viri reputentur.

9. (17). De tutela et querela mulierum. |

Ut dominarum habitacio propter fragilitatem
sexus a cetibus virorum omnino sint distincti, et
ne in causis nominate premant se in turmis mas-
culorum, sanxit nostra auctoritas de presenti, ut
si qua domina siue uirgo citans aut citata ve-
nerit ad terminum sibi prefixum, iudex presidens
iudicio officialem suum cum eis aduersario in
hospicium ad illius domum mitti tenetur, coram
quibus accionem siue defensionem sue cause ad-
uocato uel suo procuratori, cui placebit, in to-
tum delegabit.

81. (18). De iudeorum usura.

Cum vsurarum voragine insaciabilis sit appe-
titus extorsioni pecuniarum terminum non impo-
nens || proinde statuit nostrorum baronum auc- [33
toritas, ut Iudei fidei nostri veri inimici, Christia-
nis pecuniam suorum mutuantes, non plus pro qua-
libet septimana exigere habent, nisi vnam quartam
cum graciarum accione. Et si Iudei, qui per nouas
decepciones ad iusticiam obligacionis mutuant pe-
cunias, sustinuerint duos annos suum debitorem
pro vsura accrescente et pro principali debito ad
iudicium non prouocantes, extunc ipso facto vsu-
ram accrescentem vlterius post duos annos amit-
tere debent, tantum de principali sorte et vsura iam
aucta infra predictum tempus sint contenti, ne-

que per eandem literam obligacionis potuerint obli-gantem effectualiter | ammonere aut obligatis sta-re tenere aut observare ipsis tenetur suam obliga-cionem aut promissum.

10. (19). De caucione procuratorum.

Quia cuilibet summa defensio non est denegan-da, ideoque statuimus, quod in iudicijs nostris re-gni quilibet homo cuiuscunque sit status et condi-cionis, potest et debet habere suum advocatum, procuratorem seu prolocutorem.

11. (20). De diversitate procuratorum regni huius.

Quia ex multiplicate iudicium, prout experien-cia nos edocuit, in causis quamvis super eodem facto vario et diversimodo plerumque sentencia proferebatur et ideo volentes certum numerum sta-tuere iudicium et occurrere predicte varietate, sta-tuimus, quod unus in Cracoviensi et alter in San-domiriensi terris iudices nostri habeantur: ita, quod nos contingerit dum aliquam terrarum || earundem limites subintrare, volumus, quod iu-dex terre, infra cuius limites morabimur, in cu-ria nostra de causis iudicare et cognoscere tene-atur: declarantes potestatem earundem iudicium, quod indeinceps in quibuslibet causis et heredita-rijs terminos ultra tres septimanas non possunt nec valeant assignare, sed tantum questio fuerit he-reditaria, iudex vel subiudex eandem questio-nem nobis teneantur referre, cuius cognicionem in nostra baronum nostrorum presencia volumus et decrevimus pertractari, nisi aliquo impedimen-to essemus prepediti, et tunc sex vel ad minus IIIIor baronibus per nos et subiudici adiungendis, ipse iudex una cum baronibus dictis de eadem questione seu causa hereditaria cognoscendi et diffiniendi habeant facultatem. |

12. (21). De castellanorum potestate iudicandi.

Item ut palatini certo numero suorum iudi-cum sint contenti, statuimus, quod secundum tempora antiquiora palatinus Sandomiriensis et

palatinus Cracouiensis eciam vno suis iudi-
cibus contententur, declarantes, quod pro ca-
pite quorumlibet castellanorum iudices, qui-
libet duntaxat in sua castellania iudicandi
et cognoscendi habeant facultatem.

67. (22). De priuilegij perdicione.

Cum secundum patrum sanctorum decreta
lex decernat, illos amittere priuilegij auctori-
tate, qui non vtitur in eo concessa sibi potes-
tate, plures sunt nostri milites ius Theutu-
nicum habentes in multis ipsorum villis ex
nostra aut nostrorum predeces||sorum gracia [34
eis facta, et tamen iure Theutunico obmisso
tantum secundum ius Polonicum se regunt in qui-
busdam, statuimus, quod si in aliqua villa ab-
usi sunt iure Theutunico, amplius per ius Theu-
tunicum contra non potuerint se defensare. Prop-
ter quod volumus, quod vbi crimen est com-
missum, illo iure, quo illa villa vsa fuit, de-
bebat iudicari siue terminari.

14. (23). De castellanorum iudicijs assignantes.

Quia plerumque habentes iurisdicionem uel
a casu uel pro libito sue sue voluntatis con-
sueuerunt ad iudicandum acceptare uel elige-
re sibi loca quelibet indeterminata, et ideo
ut quisquis suis terminis sit contentus, statui-
mus, quod castellanus Cracouiensis dumta-
xat | in tribus locis, videlicet in Cracouia, in
in Andrezow et in Welicizka debet et tenea-
tur sua iudicia pertractare, alias tamquam
a non suo iudice quidquid fuerit factum uel
iudicatum nullam habeat firmitatem. Limi-
tetur idem de castellano Sandomiriensi.

68. (24). De pena illius, qui contra suum priuile-
gium citatur.

Statuimus, quod dum aliquis contra suum
priuilegium in quacumque causa citatur et
exhibendo suum priuilegium in iudicio am-
mittit sexagenam, si ipse actor citans per iu-

dicem jussus renuerit jurare, se nesciuisse reum fuisse priuilegiatum, priuilegium habuisse, tenebitur restituere idem actor eandem sexagenam. Secus esse volumus, si jurauerit, se nesciuisse, reum fuisse priuileggiatum.

13. (25). De iudicij certis terminis assignandis.

Prona consuetudine noscitur esse obseruatum, quod sine temporum siue horarum differencia et distinccione per judices judicia exercebantur, et ita plerique non aliter ad causas veniebant pertractanda, quam post prandium repleti et inebriati; propter quod iudicium paruipenditur, debilior facilius opprimitur et paruus ad veritatem vel pocius nullus habetur respectus: itaque ut certis temporibus siue horis et debita animi discrecione iudicia pertractantur, statuimus, quod deinceps iudices diebus terminorum a mane vsque ad horam nonam siue ad meridiem in quibuslibet causis debent | presidere et causas pertractare; et si primo die ad causam terminorum hora meridiei omnes litigantes in causis et litibus ipsorum non poterint expediri, volumus, quod absque alicuius cause vlneracione diebus proxime sequentibus presidendo duntaxat ad horam predictam, omnes et singuli litigantes debito modo secundum ordinem infrascriptum expediantur. Statuimus, quod ad locum audiencie, in quo judices presidebunt, non secundum merita personarum nec secundum maioritatem vel minoritatem causarum, sed secundum ordinem litigancium tantummodo actor et reus vocati accedentes, per judices audiantur et expediantur. Ordinem autem nominandi litigantes ad presenciam ipsorum

35] || iudicum taliter duximus adscribendum, quod scriptor causarum sub pena priuacionis sui officij non aliter, quam secundum ordinem citacionum litigantes per ministerialem vocandos nominabit, ut prius qui ad causam prouocauerunt, prius nominentur

et expedientur, et qui secundo loco prouocauerunt, secundario nominentur, et sic deinceps usque ad extremos procedatur.

Quod si altera parcium negligeretur, siue quouis casu impedita tribus vicibus se euocata presidentibus non exhibuit, mox aduersa pars de audiencia remouatur et alij litigantes secundo loco inscripti nominentur et ad audienciam euocentur et nichilominus pars, que fuerat absens et tribus | vicibus euocata si circa extremam horam meridiei, iudice quasi surgere uolenti, secundario tribus vicibus euocata non curauerit parere, extunc condempnetur. Si quis autem eo tempore, quo iudices president, ad locum, in quo presidebant, preterquam ad petendam citacionem uel de speciali ipsorum iudicum licencia et mandato, quauis presumpcione et temeritate intrare presumpserit, absque aliqua remissione pena, que dicitur pentnazetle, per iudices puniantur.

103. (26). De testibus calumpnie expurgande.

Martinus conqueritur de Nicolao, quod die forensi in via publica de pera recepit sibi VIII scotos violenter; Nycolaus vero respondit, quod indebite ipsum calumpniatur nec eandem pecuniam amisisset nec sibi ‖ recepta fuisset, uolens cum sex testibus de hoc se expurgare. Nos itaque in tali casu decreuimus, cum XII testibus et non paucioribus fieri huiusmodi expurgacionem.

104. (27). De inuenta pecunia.

Item Martinus deposuit contra Nycolaum, quod dum agros proprios coluisset, bursa eidem cecidit, in qua fuerunt VI scotus; Nycolaus uero superueniens inuenit bursam eandem cum eisdem VI scotis, et eos monitos restituere non curauit. N. autem negat predictam bursam invenisse uel pecuniam habuisse. Nos itaque in tali casu indiximus eidem N. per proprium iuramentum se expurgare, ut non inuenit hoc habuit pecuniam predictam.

106. (28). De iuramentis.

Preterea dum domina contra wlodarium uel alium | familiarem suum aliquod pro rebus uel iniurys suis habeat questionis, tunc ipse wlodarius ille familiaris domino suo differendo iuramentum, teneatur se cum VI testibus expurgare.

15. (29) De citacionum forma.

Quoniam ex modo citacionis nonnulla grauamina et oppressiones nostris subiudicibus et officialibus peruenire consueuerant, et ideo eisdem grauaminibus et oppressionibus uolentes obuiare, statuimus, per ministeriales siue officiales nostros siue quoslibet iudices deputandos, in hunc modum formandam uel faciendam fore citacionem, quod ipse ministerialis cum solito baculo suo ad uillam accedere debet et dominus uille

36] pro suo quolibet excessu fuerit citandus || obmissis eiusdem uille villanis in pace et tranquillitate, ad partem curie eiusdem domini ville suo baculo tangendo et clamando, eundem citare teneatur, exponendo nichilominus, de cuius iudicis mandato et ad cuius iusticiam et propter quam causam facit eandem citacionem. Si autem eiusdem uille uillani ut ipse dominus ville, fuerint insimul culpabiles, volumus, quod eodem modo tangendo partem cuiuslibet ville seu kmethones clamando faciat similiter modo citacionem. Qui villani si non fuerint culpabiles in delicto sui domini, uolumus et prescise prohybemus, quod per eandem citacionem quomodolibet non grauentur nec fatigentur, cum plerumque in odium et contemptum domini ville et ex rancore consueuerunt uillanis indebite fatigare. Alias si contra hoc ipsos villanos contigerit citari uel fatigari, decreuimus eandem citacionem pena, que dicitur pentnareste puniatur. Et eodem modo voluimus fieri citacionem predictam, vbi sine delicto domini ville, fuerint uillanis communiter uel diuisim culpabiles et delinquentes, ita quod ad partem tangendo, quemlibet ipsorum citare tenebur, cessante qualibet oppressione suprascripta.

16. (30). De termini prorogacione.

Preterea cum in deliberacione consistat mater virtutum, ipsa discrecio: contigit plerumque, quod aliqui familiares nostri uel alij quomodolibet in curia nostri constituti uel in iudicio arestati seu inuenti inopinate || ad nostram uel iudicum presenciam seu audienciam euocantur et questiones, de quibus minus cogitauerunt, moueantur eisdem: ideoque vtrique parte prouidere uolentes, quod dicto modo citati cum deliberacione et discrecione propositis respondeant et actores suis questionibus seu causis non frustrentur, statuimus, quod cum aliquis in nostra curia uel iudicio inuentus, ad nostram uel iudicis presenciam fuerit premisso modo euocatus, actor seu ipse iudex questionem seu causam citato debito modo exponere uel in scriptis tradere teneatur et ad respondendum eidem questioni, ut alias premissum est, si questio fuerit hereditaria uel magna pro pecunie summa scilicet XL marcis, communis terminus scilicet trium septimanarum per iudicem | eidem assignetur, alias pro minori debito uel iniuria verbali in crastinum termini prorogetur.

17. (31). De penis ministerialium.

Flebili querela sepius recepimus, quod ministeriales per terram girantes, pauperes mulieres et villas religiosarum fatigandi et vexandi adinueniunt modos exquisitos, ita quod si alicuius ville pauperes milites aut villam religiosarum eos pro beneplacito ipsorum officialium quibuslibet expensis non pertractent neque procurent, item ministeriales ipsos milites pauperes seu villanos sine culpa et sine causa et absque iudicis precepto citant occasione vexacionis faciende, terminos pro libitu sue uoluntatis || assignantes [37.
et statuentes eisdem, et sic idem pauperes milites et villani non valentes redimere aliter uexacionem, sepissime de certa summa pecunie conponunt. Vnde nos huius uexacioni uolentes obuiare, statuimus, quod deinceps ministeriales

sub pena priuacionis sui ministeriatus et spolia-
cione omnium bonorum suorum, absque speciali
mandato iudicis aliquam citacionem presumant
facere, alias premissam penam et facialem ad-
ustionem non inmerito poterunt formidare.

62. (32). De pecoribus, que in annonam pelluntur.

Ut quilibet alium indempnem vigilet conserua-
re, si aliquis alterius semina iumentis uel quibus-
libet alijs | pecoribus maioribus depascat, statui-
mus, quod pro quolibet iumento vel pecore vnam
denariorum passo dampnum, cuius fuerint pe-
63. cora, soluere teneatur. ∨ Ad euitandam quemlibet
altercacionem decreuimus, quod ad proximiorem
castellanie curiam, siue fuerit regalis siue cu-
iuscumque iudicis, eadem iumenta passus dam-
pnum depellendi habeant facultatem: idem ita
tamen, quod sub testimonio vicinorum, si in
propria domo passi dampnum inuenirentur,
cum pecoribus per noctem seruat, in crastino ad
proximiorem curiam castellanie depellere tenea-
tur iumenta predicta uel pecora.

82. (33). De pena eorum, qui quercus alterius excidunt.

Quidam de ipsorum audacia multum presu-
mentes || intrantes siluam uel gayum alicuius, pre-
ter domini voluntatem quercus excidunt meliores,
nullam penam sequi ex hoc pretendentes: statuimus,
ut si quis exciderit quercum in bonis alicuius do-
mini inuito, valentem ad axem, ut de minoribus
quercubus uel alijs ligaminibus currum repleant,
penam, que dicitur zest grizeven illi soluat, in
cuius dominio sint incisa.

83. (34). De illorum, qui de nocte annonam subtrahant.

Et licet canonica sanccio depopulaciones agro-
rum multum odio habeat, tamen temerarios a
malo non reuocat, nisi addatur torques in collo
ipsorum et temporali disciplina inpie puniantur:
propter quod statuimus, ut si alicuius militis, pre-
lati, cuius aut alterius hominis simplicis fami-
liaris frumenta de nocte | Umethonum uel quorum-
cumque receperint, licitum sit domino frumenti

aut suus seruus aut amicis ipsum defensare, e„
quos recipiendum uel alias res libere pro se tollere;
et si quempiam hunc occiderit, impunite uolumus
pertransire, dominum vero, de cuius domo exiue„
rint tales depellaciones, in penas pentnaczecze de„
creuimus incidisse, et si vulneraret aut occiderit
frumentorum defensorem, soluat vulnera leso uel
caput pueris uel amicis cum penis prenotatis.

84. (35). De penis vituperij.

Quoniam omnis scurrilitas verborum et turpi„
loquium ad rixas homines prouocantes apud vir„
tuosos debeat non inmerito euitari, que non ‖ a„ [38
liber, nisi metu pene quandoque aliqui a talibus
prohibentur, vnde volumus, ut quispiam linguam
suam non refrenans, si nobilis nobili improspera„
uerit, asserans ipsum filium meretricis, et statum
non reuocat aut non negat, quod dixit, neque
probat esse talem, prout ipsum asseruit, pro vi„
tuperio illius, quod sic vituperauit, racione pe„
ne soluat LX marcas grossorum, veluti ipsum
85. occidisset. ‖ Idem dicimus, si matrem eius meretri„
cem nominauit et non reuocauit nec probauit,
quod asseruit, in similem penam ipsum decreuimus
incidisse; reuocando autem debet dicere, id, quod
sum locutus, sum mentitus ut canis. |

86. (36). De pena plage non sanguinis effusionis.

In percussionibus militum et alium nostrorum
subditorum istum modum in penis exigendis uo„
lumus obseruari: si miles militi aut nobilis
nobili plagam dederit absque sanguinis effu„
sione, nobili, cui illata est talis percussio, pe„
nam, que dicitur pentnaczecze, debeat per infe„
rentem assignari; si autem illi inferatur, qui
non habet ius militale, tunc marca grossorum
pro tali vulnere, kmethoni vero pena sexe gri„
wen per percucientem debet solui.

87. (37). De pena sanguinis effusionis.

Ut penarum distinccio et legittima diuisio ha„
beatur, quod si kmetho vulneratur cum sangui„
nis effusione aut enormiter percutitur, de omni„

bus penis, vulneribus ac percussionibus || sententia-
tis, duas partes leso, terciam autem iudicio, vbi
causa agatur, assignari demandamus.

88. (38). De occisoribus patrum, fratrum, sororum etc.

Et licet lex tam noui quam veteris testamenti
fratricidium et alia seua crimina grauiter puniat
seu dampnet: cum quidam velut hostes sanguinis
proprij et honoris legis penam minus formidantes
fratricidium committunt, sororem uel proprium oc-
cidunt, ut ex eius morte bona hereditaria lucren-
tur, volumus itaque, ut vnde lucra habere cupie-
runt, inde damnis affligantur et puniantur, omnes
regnicole et nobiles nostri regni fratres, sorores aut
proprios consanguineos interimentes, non habentes
proles uel habentes, in hereditaria successione nul-
lum accessum | obtinuerint, quinymo sentenciamus,
ipsos et ipsorum filiorum priuamus omni le-
gittima talium hereditatum porcione, in quibus
bonis siue hereditatibus alij consanguinei licet re-
mociores in linea, obtineant successionem, quos
in aggrauacione culpe ipsorum inhumanita-
tem criminis omnes fratricidas et patricidas
infames pronunciamus et inabiles ad ali-
quos honores promouendos.

20. (39). De citacionum nuncijs.

Possibilitas racionis hoc dictat, quod iudices
pro exercendis suis iudicijs habeant certos suos
ministeriales seu officiales: quapropter statui-
mus, quod penitus nullus iudex per aliquam
39] aliam personam, quam || per certum suum offi-
cialem seu ministerialem faciat et expediat suas
citaciones, excepto hoc, si aliquod crimen in iu-
dicio uel curia iudices recenter et de nouo com-
mittatur, tunc pro huiusmodi crimine per quem-
libet familiarem licet fieri citaciones.

21. (40). De citacionum forma danda.

Preterea quandoque presidentes, quandoque i-
psorum officiales uel noti aut eorum familiares
aliquos maliciose laboribus et expensis grauare
uolentes, pro uexacione redimenda aliquid in

pecunia aut alijs rebus extorquere ab eisdem cu-
pientes, quamuis penitus nichil habeant cause quest-
ionis aduersus | eosdem, faciunt et procurant diuer-
sas citaciones. Idcirco statuimus, ut quicunque
citauerit uel citari procurauerit aliquem sine le-
gittimo actore vulgariter przes powoda, taliter
citato ipse citans uel procurans talem citacionem
vulgariter pentnaczcze penam soluere tenetur:
prohibentes castellanis et quibusdam iudicibus
seu subiudicibus, quod deinceps sine certo acto-
re et causa expressa non dent aliquas citaciones.

22. (41). De hereditatum citacione.

Item dum aliquis pro hereditate citatur et
comparens in iudicio plerumque maliciose opponit,
quod quia Petrus uel Iohannes in partibus remotis
est constitutus et sit coheredes eiusdem hereditatis
qua ius forte nichil iuris habe||at ad eandem, ideo
dicit se non teneri respondere pro eadem hereditate:
quapropter statuimus, quod talis Petrus uel Iohannes
in iudicio nominatus, de mandato iudicis in ali-
quo loco eminenti uel circa parrochiam, de qua
est hereditas, pro qua eadem questio mouetur, per
ministerialem tribus vicibus proclamando ad pro-
secucionem seu defensionem cause ad certum locum
et terminum debeat citari. Quo non comparente, ex-
tunc ipsius absencia seu contumacia non obstan-
te, ad defensionem seu diffinicionem cause licite
procedatur.

105. (42). De pena illorum, qui fructiferas arbores succidunt.

Statuimus, quod pro qualibet arbore fructifera
seu pomifera succisa XII grossos dum|taxat passo
dampnum exsoluatur, pecunia XV passo dampnum.

89. (43). De plantacionibus extirpandis.

Statuendo decreuimus, quod si alique planta-
ciones iam inserte et radicate euellantur et extir-
pentur, eciam si fuerint proprie ipsius extirpan-
tis, media esse earundem plantacionum dimit-
tetur in solo siue in are sub pena sex marca-
rum teneatur.

90. (44). De illo, qui rem alterius recipit uiolenter.

Item si quis propria auctoritate et violenter mantellum suum proprium vel quamlibet aliam rem propria auctoritate vel proprio vicino suo vel cuicumque recepperit, iure non repetendo i-
40] psum mantellum vel quamlibet aliam || rem, cum pena VI marcarum restituere teneatur.

91. (45). Qui seminat agros alienos.

Aliquis excolens et seminans agros alterius violenter, semine eorundem agrorum careat cum pena quindecim.

92. (46). Qui boves recipit alienos violenter.

Cum alicui IIIIor boves violenter fuerint recepti et de huiusmodi violencia fecerit protestacionem, volumus, quod pro huiusmodi negligencia boum et laborum pro qualibet septimana quatuor scoctos dampnum et iniuriam passo cum pena XV et iudicio alia XV pro pena satisfacere teneatur.

93. (47). De curru feni et copa grani receptis.

Item pro curru feni violenter recepti III gr. | cum pena XV eidem iniuriam et dampnum passo et iu-
94. dicio XV satisfacere teneatur. ¶ Item pro copa vna cuiuscumque grani in die recepta, pena iudicio VI marcas et passo dampnum XV; si autem tempore nocturno recipiatur, debet esse furtum. Item pro copa estiualium siue hyemalium decreuimus vna mensura dum recipitur ad currum, violenciam, dum in ponderibus, furtum esse declaramus, idipsum ad recepcionem feni extendentes.

¶ Item famulus, qui Polonice dicitur golomanka, si in vicino domini sui fecit aliquod dampnum vel iniuriam, dominus ipsius pro ipso satisfacere teneatur. Item cum pauper homo diuitem pro violencia citet, diues de violencia per testes habet et debet se expurgare, alias iuxta violencie qualitatem || debita pena est multandus.

95. (48). De reprobantibus senteneciam.

Cum aliquis arguit seu prouocat senteneciam castellani Cracouiensis, quod vulgariter dicitur na-reecze vel nagani, pelles emerlinas, castellano

autem Sandomiriensi et Lublinensi pelles mustelinas, cuilibet palatino pelles mustelinas, iudicibus Cracouiensi et Sandomiriensi pelles madrinas, subiudicibus pelles vulpinas, subcamerarijs per VI marcas, camerarijs istorum omnium per VI scotos, iudicibus castellanorum per mediam marcam, cuilibet notario leue pelles vlpinas alijs castellanis, Sandomiriensi et Lublinensi exceptis, per VI marcas absque omni contradiccione et antequam ad aliquam audienciam admittatur, dare | et satisfacere teneatur.

97. (49). De hijs, qui milites percuciunt.

Militi pro vna plaga uel pluribus a umethone XV pena percusso et iudicio XV; si vero fuerit cum bacilo et cruenta sicut et pro uulnere gladiali, declarandum satisfaciendum; militi vero famoso slachte LX mar. sartabello XXX mar. militi creato de sculteto uel umethone XV mar. pro capite. Item militi slachte pro wlnere X mar. sartabello V mar. sculteto et umethoni factis militibus III mar. pro wlneribus statuimus persoluendas.

65. (50). De incendiarijs.

Ex lege imperiali clara luce nobis constat, quomodo in||cendiarij et exustores voluntarij domorum, [41. horreorum aut quorumuis bonorum morte crudeli et infussima puniantur, quibus eciam inuentis si ad ecclesiam fugiant, patrocinium nullum debeant in hoc obtinere propter dampnati criminis seueritatem. Consueuerunt tales omnes, ne manus effugient iusticie, ipsos puniri nolencium, ut plurimum in ciuitatibus uel in villis Theutunicalibus permanere, ut accionem propositam contra eos eludant per iuris Theutunici defensionem, et sic sepius talium malificorum crimina remanent inpunita. Vnde de mediorum baronum nostro consilio statuimus, accusati de | de crimine incendij siue exustionis et inventi in ciuitatibus aut villis Theutunicalibus, extra forum ipsorum ~~Theutonicum~~ tra-

-bentur et in iure Polonico tantum coram iudi-
ce competenti tenebuntur respondere, senteneiari et
puniri pene digna debebunt in eius exigenciam
criminis et eius probacionem.

66. (51). De mulierum et virginum oppressoribus.

Re vera non solum a malo, sed ab omni spe-
cie mali quemlibet viventem sub lege necessarium
est abstinere, per quem refrenatur malorum auda-
cia, ut iustorum innocencia tuta consistat. Sane
quidam ad felicitatem corpus suum ut plurimum
protrahentes et lasciuam vitam gerentes, deum non
timentes nec temporalem penam formidantes, vir-
gines stuprunt, mulieres polluunt violenter, ut
quando impetuntur ab eis in recenti, iure Theu-
tunico volunt se tueri, ut facilius eludant com-
missi criminis accionem: visum extitit nostris
nobilibus in colloquio generali, quod et nos de-
cernimus perpetuo observandum, ut tales oppres-
sores virginum et mulierum, si proclamaverint
in recenti, iure Polonico coram iudice competen-
ti teneantur respondere et puniri iuxta commissi
criminis qualitatem.

64. (52). De querela rei et actoris.

Cum actor forum rei undique sequi debeat, vo-
lumus, ut si quis in iudicio Theutunici contra re-
um suam accionem dirigit et proponit, reus accio-
nem ibidem super alia questione simili vel ine-
quali reconvenire non poterit, sed suam causam
aut litem coram | iudice competenti, cum voluerit,
agitabit.

166. (53). De terminorum prolongacione impedimentis.

Contingit sepius, quod Pe. citat Io. Idem Io-
hannes reus vel per se vel per suum responsalem
in primo et secundo termino facit et procurat di-
lacionem, in termino autem peremptorio, eisdem
partibus assignato Pe. actor per infirmitatem,
aquarum inundacionem aut captiuitatem aut
similem causam petit, in huiusmodi causa fieri
dilacionem, parte adversa postulante, quod

propter contumaciam actoris, cum sit peremptorius terminus, diffinitive iustificari. Statuimus, quod in tali casu, habita et recepta fide super huiusmodi impedimento alius terminus partibus assignetur. || [42.

23. (54). De contumacibus.

Experiencia nos edocuit, quod quandocumque non contumaces vel ipsi contumaces modum ~~tax~~ cum excedendo pro contumacia puniuntur et gravantur, videlicet eo, quod cum aliqua villa impignoratur, ibi sex boves fuerint recipiendi, triginta vel LX recipiebantur, et antequam ad locum debitum pellebantur, per modum rapine in non modicum pauperum destruccionem dividebantur et consumebantur. Ideo statuimus, quod per primam contumaciam puniendi ministeriales cum duobus famulis iudicis ad villa accedens, sicut alijs premissum est, cum dominus ville tantum culpabilis fuerit, in duobus bovis dumtaxat impignoratur; | si autem kmethones extiterint culpabiles et citati contumaces, quilibet eorum tantummodo in uno bove impignoretur, et idem decrevimus pro secunda contumacia faciendum et observandum. Si autem tercio dominus fuerit una cum villanis contumaces, decrevimus, quod contumax causam, pro qua dinoscitur esse citatus, perdet et ab ea cadat per sentenciam iudicantis: declarantes, quod dicti boves impignorati per ipsos iudices in estate duabus septimanis, in yeme vero octo diebus absque aliqua distruccione debite observentur. Volentes et decernentes, quod dicti boves pignorati sive pena cuiuslibet contumacie tantummodo nobis et iudici applicentur. Decrevimus et statuimus, quod predicto ministerialis deputati per iudicem || et eandem impignoracionem cum familia ipsius impignoranda per dominum ville et villanos non permittatur impignorari iuxta premissam limitacionem vel ipsa pignora habita per eosdem dominum aut villanos in villa vel ante villam seu in via violenter recipiantur, dolum et rebellionem eorundem

p

puniendo, volumus, quod pena, que dicitur pentnarezste, idem rebelles nobis et judici solvere teneantur et nichilominus cum alias pena pentnarezste eadem pignora denegata vel violenter ablata, integraliter assignare teneantur. Qui si in dandis pignoribus predictis et in satisfaciendo de penis premissis fuerint dolosi et rebelles, ita quod judex forte non sufficiat propter potenciam eorumdem ad puniendum et ad pignorandum eosdem, volumus et decrevimus, quod pena, que vocatur sedinzesanth nostre camere applicande puniantur.

26. (55). De contumacia rei et actoris.

Actor procurat ad causam reum citari, in termino comparente accione vero corporaliter se absentante decrevimus, ob contumaciam actoris, que est maior rei, ipsum reum causam obtinuisse. Si autem reus non curaverit parere sibi termino assignato, actore per se vel nuncium comparente, decrevimus, quod pro huiusmodi contumacia reus pena duorum boum mulcteretur.

27. (56). (5).

Licet in pluribus casibus celeritas commendatur cum eadem celeritas in judicijs de causis expedien-
43] dis || racionabiliter quandoque est restringenda ex eo, quod judicantem oportet cuncta rimari: ideoque statuimus, quod si aliquis super capitali hereditaria questione primo et secundo et tercio citans, non comparuerit contumaciter sibi termino assignato, ob contumaciam eiusdem citati actor in tercio termino per judicem discernatur et diffiniatur in veram possessionem eiusdem hereditatis mittendus, ab omni jure eiusdem hereditatis et ipsius qualibet vendicacione per judicis sentenciam dictus reus decernatur et pronuncietur cecidisse. Si autem questio fuerit personalis, puta pro debitis vel quibuslibet rebus obligatis, primo, secundo, tercio termino citatus contempserit vel neglexerit in termino sibi assignato | parere, decrevimus, quod contradictor quarumlibet rerum obligatarum post tercium terminum per sentenciam judicis distrahendi et

alienandi auctoritate iudicii plenam habeat fa-
cultatem, ita tamen, quod si res obligate distrac-
te et alienate auctoritate premissa minoris valo-
ris inveniantur et existant tempore alienacionis,
quam fuerit pecunia credita simpliciter et ipse
creditor pro summa pecunie per ipsum credita
simpliciter et sine aliqua condicione, tamquam
predicta summa pecunie recepit sufficienter si-
bi et non alij idem creditor de sui negligencia
debebit imputare.

¶ Sed si condicionem creditor apposuerit circa
res obligatas maioris vel minoris quantitatis, si
pro minori pecunia res obligatas alienauerit
debitor per iudicem decernatur‖ credite pecunie
summam adimplere. Si vero pro maiori summa
pecunie res alienauerit obligantes, residuum quid,
quid fuerit vltra summam creditam, debitori
creditor restituere teneatur.

28. (57). De violencie culpa et de defamacione et furti.

Preterea ut calumpnijs via precludatur, statui-
mus, quod si aliquis alior bone fame in iudicio
pro quibuslibet violencijs euocatur, actor teneatur,
quod asserit, approbare, alias reus tantummodo
29. proprio iuramento se ualeat expurgare. Item si
aliqui fuerint eiusdem parrochie seu discretus et
de furtu quarumlibet rerum aliquis alium in iu-
dicio uoluerit euocare

¶ statuimus, quod infra annum tantummodo
inculpatum de furtu habeat euocandi uel euocan-
di facultatem.

¶ Si uero| anno elapso questionem eandem uo-
luerit mouere, quod tunc racionabiliter asserit,
per ydoneos testes teneatur conprobare.

30. (58). De rebus concessis absque littera obligacionis.

(S) litibus inponere cupientes, sta-
tuimus, ut si aliquis ciuis aut creditor pannos
uel alias merces alicui terrigene ad prestanciam
dederit aut mutuo concesserit preter literam obli-
gacionis, in qua constaret debebit ciuis agens
pro debito suo probabit per testes talem con-

tractum inicium, probans iudicialiter obtinebit.
¶ Alias reus negans debitum per proprium iu-
ramentum prestitum ab impeticione angustis
absolvetur.

31\. 44](59) De nobilitatis testimonio. ||

Nobilitatis stirpes ex progenitoribus earum originem semper ducunt, quarum progressum, nati de genalogia, approbare eorum fideli testimonio consueuerunt. Si quis itaque dicat se nobilem et ceteris nobilibus hoc negantibus asserat se parem, ad probandum sue geneloge nobilitatem tenetur inducere VI nobiles viros de sua stirpe genitos, qui iurati dicant, quod ipse frater sit eorum et a domo et a stirpe ipsorum paterna procreatus.

32\. (60). De mutua vulneracione.

Percepimus, quod Petrus insequendo Iohannem grauiter in platea vulnerauit, quod cum Iohannes in iudicium deduxisset, Pe. licet confiteretur se Iohannem vulnerasse, tamen asserebat | se hoc fecisse ex inicio ipsius Iohannis, qui ipsum Pe. prius vulnerauit, quod idem Pe. asserebat se probaturum. Nos itaque in tali casu decreuimus, ipsius Iohannis probacionem fore admittendam super eo, quod in platea Petrus, dum ipsum Io. insequeretur, vulnerauit, cum dictus Petrus non vitam defendendo, sed iniuria sibi alias illatam vlciscendo, Iohannes noscitur vulnerasse.

33\. (61). De furtiua mellis inculpacione.

Item Pe. Iohannem traxit ad iudicium, asserens, quod apes seu mellificia ipsius Pe. tempore nocturno furtum ad domum suam deportasset, quod offerebat se probaturum; Iohannes vero diffetebatur se hoc fecisse, sed dicebat, proprium suum mel, ut decuit, ad domum suam deportasse. Tandem quod Pe. iudicem pluries interrogatus || si per eos, qui vidissent apes seu mellificia ipsius Petri per Iohannem recipi et ad domum suam deportari, intencionem suam posset probare, Petro respondente, quod tales testes se de

/ uisu nullomodo posset habere; nos itaque statu„endo decreuimus, in tali casu iuramentum inpo„nendum Iohanni, si fuerit alias bone fame, pro expurgacione asserenti, quod proprium suum uel deportabat.

34. (62). De testimonio illati wlneris.

Preterea Pe. contra Iohannem deposuit cum querela, quod sibi IIIIor wlnera intulisset. Iohan„nes vero fatetur, se hoc fecisse ex eo, quia manu armata domum ipsius Iohannis invasisset et in eadem invasione matrem uel sororem uel vxo„rem uel filios sibi wlnerasset, quod vosmumus licet per ministerialem conspectum et uisum fu„isse obtulisse se probaturum, tamen idem mi„nisterialis interrogatus se per iudicem negauit, se predictum wlnus matri sue illatum per a„lios ydoneos testes, qui dictum wlnus viderunt et conspecturos, offerebat se probaturum. nos in tali uel in simili casu decreuimus eundem Iohannem ad procedendum predictos testes fo„re admittendum.

35. (63). De iuramenti admissione et processu.

Querelam Petrus deposuit de Iohanne, quod ipsum wlnerasset, Iohannes uero constanter astruebat, quod Pe. se ipsum wlnerasset, quod offerebat se legittime probaturum. Nos i„taque in tali casu credimus ‖ distingendum, [45 quod si intencione et discordia Iohannes asse„rit, Pe. se ipsum wlnerasse, tunc Iohannes pro„baciones sunt admittende; si autem extra om„nem contencionem et discordiam Pe. fuerit wl„neratus, tunc ut est moris, dicimus Petri iura„mentum admittendum.

98. (64). De prati falcacione.

Bertoldus deposuit querelam contra Andream, quod pratum ipsius falcauit, Andreas autem li„cet sit confessus, predictum pratum se falcasse, tamen adiecit, quod idem pratum vlodarius Bertoldi pro certa pecunia falcandum sibi ven„didisset et pro eodem prato pecuniam idem vlo„

darius ab ipso recepisset, quem tamen mortuum se asserebat. Nos autem | considerantes confessionem ipsius Andree et non mortem ipsius vlodarij, in tali casu indiximus eidem Andree probare prati vendicionem et empcionem.

99. (65). De vulneracionis confessione.

Item Bertoldus contra Andream deposuit, quod ipsum vulnerasset, Andreas confessus est ipsum B. vulnerasse, dicens, quod hoc fecit volens in ludo et solaciando tamquam socius et amicus cum amico. Nos audita ipsius Andree confessione, attendentes, quod ludus non debeat se extendere ad aliquam lesionem seu offensam, ipsum Andream in tali casu decrevimus, Bertoldo ad vulneris satisfaccionem condempnandum.

36. (66). De testibus producendis

Per experienciam didicimus || quod sentencia excommunicacionis in testibus inducendis maliciose plerumque consueverit opponi, ex qua opposicione pullulabat oppressio iuramentis. Unde circa eandem excepcionem sic duximus statuendum, quod cum alicui prius testibus producendis fuerit obiecta excepcio excommunicacionis, producens testes eosdem absque sue cause vulneracione alios si potest, nominandi et producendi plenam et liberam facultatem. Si vero non poterit alios testes nominare vel habere, preterquam eos, quibus obicitur sentencia excommunicacionis, volumus, quod cuius fuerit sentencia excommunicacionis, debito modo, scilicet cum sufficiente caucione iuratoria vel fideiussoria de parendo vel satisfaciendo | cum omni reverencia requiratur et petatur, quod eisdem testibus excommunicacionis ad perhibendum tantummodo testimonium et subveniendum veritati, ne veritas opprimatur, beneficium absolucionis impendat. Quod si excommunicator premisso modo petitus pro testimonio perhibendo denegaverit beneficium absolucionis cum huiusmodi postulantes veniam et absolucio-

ι vero quantum ad deum censeantur absoluti: volumus et decrevimus, quod extunc absque aliqua cause ponderacione testimonia eorundem testium per iudicem recipiantur et habeant ipsorum testimonia firmitatem.

37. (67). De testibus consanguineis.

Conr. domum vendicabat a Dominico et ad ‖ [46.
probandum suam intencionem Conr. VI testes iuxta iudicis mandatum produxit, quorum primus testis fuit Jacobus patruus ipsius Conr. et mediator et compositor amicabilis alias in eadem causa, quem ipse Dominicus, dum testes secundum in iudicio neglexit nominare et de huiusmodi consanguinitatem, demum circa testium iuramentum predictus Dominicus testimonium predicti Jacobi propter predictam consanguinitatem constanter asseruit non valere et sic dicebat se causam eandem obtenturum. Nos itaque considerantes, quod amicabiles compositores seu mediatores consanguinei esse consueverunt, declaramus in tali casu predicti | testimonium Jacobi patrui pro Conr. valere.

72. (68). Qui dormienti in via res suas receperit.

Egidius deposuit cum querela, quod cum in via obdormivisset, Falco superveniens taliter dormienti recepit gladium et peram, in qua fuerunt III scoti; et quamvis gladium et peram sibi restituisset, tamen III scotos non restituit, ipsos pro se usurpando. Falco vero reus, quamvis de gladio et pera confiteretur et se eadem restituisse, cum predictis tres scotis diffitebatur. Unde nos attendentes, quod nullus debet res alienas atrectare domino invito nec rogatus, predictum Egidium in simili casu decrevimus, fore admittendum ad iuramentum.

73. (69). De canis incitacione. ‖

Item Egidius conquestus est, quod canis Falconis ex incitacione seu inpulsione ipsius Falconis taliter lesit et momordit, quod illo morsu ostendebat et asserebat se claudicare. Falco

./. eandem impulsionem seu incitacionem canis dif-
fitebatur, et quia Egidius actor hoc non poterit
probare, nos in tali casu declaravimus, quod Falco
per iuramentum proprium debebat se expurgare.

74. (70). De lite noctis tempore et candele extinccione.

Querelam deposuit Egidius contra Falconem, quod
cum in domo ipsius Egidij facta fuisset in vespere
contencio, ipse Falco supervenient, candelam ex-
tinxit, qua extincta ipse Egidius nescit nec scire
potest, per quem in illa contencione | fuerit vulnera-
tus; Falco vero licet extinccionem candele confite-
tur, tamen ipsum Egidium se vulnerasse diffitebatur.
Nos itaque a predicto F. iuramento recepto, quod
in predicta extinccione candele nescit, per quem
fuerit vulneratus, predictum Falconem, quia
candelam extingendo, vulneri prestitit occasio-
nem, in vulnere duximus condempnandum.

75. (71). De pastoris custodia et iuramento.

Preterea de villanorum deposuit Egidius, quod
ovem ad gregem impulsam et custodie pastoris com-
missam, e grege non rehabuit iteracionem ean-
dem; pastor vero asserebat, se eandem ovem una
47] cum alijs ad villam reduxisse. || Nos itaque in
tali casu simili pastorem decrevimus iurare, quod
ovem ad villam reduxisset.

71. (72). De expurgacione nobilium famosorum ex par-
te furti.

Ut viri famosi et iuste iurantes aliqua specia-
li prerogativa apud nos inter ceteros nostros fi-
deles consolentur, statuimus de nostrorum baro-
num voluntate, ut si quis miles aut alius vir
nobilis, cui aliqua questio furtu numquam in
iudicijs mota fuit, de crimine furti aut latrocinij
accusetur, phas sibi sit propter bonam presumpcio-
nem habitam de ipso apud vicinos, per proprij
iuramenti prestacionem a tali accione se expurgare.

69. (73). De villicorum recessione a domino ville | et
causis.

Cum exspiracione subditorum bona domino-
rum sepius desiderantur, in illa causa legit-

tima ad hoc persuadente, visum fuit baronibus no-
stris huic periculo non segnijs obuiare, propter quod
nostra voluntate est institutum, ut non plures kme-
thones aut incole de una villa insimiliter possint ad
aliam villam recedere, nisi unus uel duo preter do-
minj illius, in qua degunt, voluntatem, nisi in ca-
sibus hijs exceptis, ut, si dominus ville opprimat fi-
liam aut uxorem sui kmethonis aut per excessum
sine culpa heredis ibidem bonis ipsorum depredentur,
aut in sentencia excommunicacionis per annum
durent sui domini ex delicto. In talibus casibus non
tantum III uel IIII eiusdem ‖ ville incole abire pos-
sunt, sed omnes inhabitantes recedunt, quo placebit.

70. (74). De etate pueriti et negligencia.

Similiter infantibus ad duodecim annos edu-
catis, si tempore infancie per quamuispiam iniu-
ria fuerit illata aut patri ipsorum tunc mortui,
possunt illatam violenciam, pro qua agere non
valebant propter defectum etatis contra ipsos in-
pediencijs seu iniuriandis, excepcio prescripcionis
apponi non poterit, nisi tunc legitima etate et
eis compleatur tempus debitum, agere neglixerint
pro iniurijs olim eis illatis, cum obstabit eis ex-
cepcio prescripcionis propter negligenciam allegatam.

38. (75). De hereditatis inpeticione.

Cum prescripcio propter segniciem et pigriciam
dominorum sit instituta, decreuimus et statuimus,
quod si aliquis credit et reputat, se habere aliquod
ius ad aliquam hereditatem, quam aliquis presen-
cialiter possidet, si infra III menses tempore pacis
et concordie sustineat et patitur, ipsum possesso-
rem possidere eandem hereditatem pacifice et quie-
te, ita, quod sibi licet presenti et cuius presenciam
siue sufficienciam habuit, non moueat aliquam
questionem, extunc (s) iure et uendica-

39. cione eiusdem hereditatis censemus cecidisse. ‖ Si
autem in obligacione aliquis teneat aliquam he-
reditatem, decreuimus, quod ipsa obligacione
non existente seu deficiente, quilibet ipsius con-
sanguinitate uel affinitate propinquiorum coram [48

iŭdice nostro, si ipsiŭs copiam habere potest,
ŭel saltem in parochia eiŭsdem hereditatis ob„
ligate pŭplice faciat ad minŭs semel in anno
protestacionem ŭel in colloqŭio generali, qŭod
dicta hereditas in tanta pecŭnia, proŭt est ŭel
fŭerit in facto, sit obligata. Faciendo hŭiŭsmodi
protestacionem dictŭs obligans ŭel proximior i„
psiŭs ŭt premissŭm est, infra XXX annos redi„
mendi, liberandi ad predictam hereditatem ple„
nam ac liberam facŭltatem. Qŭod si non cŭra„
ŭerit ŭel neglexerit per continŭos XV annos dic„
tam facere protestacionem, ab omni iŭre here„
40. ditatis sic obligate senciat se cecidisse. Si ŭero
sit mŭlier maritata et aliqŭam hereditatem,
qŭam dicit et credit racione dotis ŭel qŭalibet
ad se pertinere, si infra X annos non cŭraŭe„
rit ŭel neglexerit pro eadem hereditate qŭestio„
nem intentare, ita qŭod infra tempŭs idem
pacis et concordie paciatŭr possessorem qŭiete
possidere, extŭnc decreŭimŭs, qŭod eadem
mŭlier ab omni hereditate predicta se agnoscat
41. cecidisse. Si aŭtem fŭerit vidŭa et eodem modo
dicat se et asserit aliqŭam hereditatem, qŭam
aliqŭis possidet, racione dotis ŭel qŭolibet alio
iŭre ad se pertinere et infra VI annos tempore
pacis et concordie sŭstinŭerit et passa fŭerit
eŭndem possessorem ipsam hereditatem qŭiete
possidere, decreŭimŭs, qŭod extŭnc ipsi possesso„
ri racione prescripcionis ‖ in eadem hereditate
plenŭm iŭs sit acqŭisitŭm et mŭlier senciat se
ab omni iŭre hereditatis cecidisse. Volŭmŭs et
declaramŭs, qŭod premisse prescripcionis tempore
pacis et concordie ŭendicent sibi locŭm, tempore
aŭtem gwerrarŭm siŭe discordiarŭm nŭllatenŭs
sibi locŭm debeant ŭendicare. Sed cŭm oportebit
de salŭbri remedis eiŭsdem proŭidere iŭxta dis„
cordiarŭm et gwerrarŭm qŭalitatem sicŭt et capti„
ŭi per Tataros ŭllam volŭmŭs prescripcionem.
108. (76). De bonorŭm et hereditatŭm diŭisione et si„
lencio.

Cum omnia disensionis et discordie sit mater communio, in qua eciam fratres aut germani exi„stentes ad rancorem seu lites non modicas sepius provocantur, ad quas evitandas homines | ipsi in periculum incidunt vite vtriusque, consueuerunt ut plurimum homines viuere et stare in proprijs domibus separant, de parte bonorum siue here„ditatum, que ipsos contingit, habita diuisio„ne inuicem ipsorum amicis mediantibus. Li„cet ad principem noticia ipsius deducta, sed quia sepe contingit, quod ex aliquorum vita actiua et bona procuracione negligentes et racione dissoluti domus proprias ac bona hereditaria informare non curantes, domus informantes et hereditates ad vtilitatem re„ductas, iure pro se vendicant obtinere, fra„tres aut amicos ipsorum ad iudicia protra„hentes et sic quilibet || paterfamilias factus hoc timore ac reparacione bonorum se sub„trahit et domorum ereccione, propter quod a torpore et pigricia tales retrahamus et excite„mus et bene laborantes et procurantes aliquod commodum inde reportent, statuimus nostra auctoritate, ut quicumque fratres vel amici, con„sanguinei vel remoti vtriusque sexus ad inui„cem separati fuerint vel diuisi et hac separa„cione vel diuisione steterint ad III menses in taciturnitate, ad iudicium non prouocantes, nisi causa legittima allegetur, propter quam sibi non obuiet prescripcio, a repeticione et vendicacione partis hereditatis fratris sui vel a„mici per prescripcionem obiectam legit|time excludetur. [49

109. (77). De furti occultacione et criminis prescripcione.

Cum furta et latrocinia propter leuitatem cri„minis et infleccionem seu formidacionem pene pro delicto commisso opponendo per maleficos interdum plurimum occultantur, ita, quod noti„cia criminis in breui non potest propalari et sic quandoque furta remanent inpunita,

ut cum contra eos accio proponitur, per excepcionem prescripcionis annualis volunt se tueri. In detesta-cionem itaque criminis decreuimus, ut si quis de furto aut latrocinio in iudicio accusatur, si esset manens in vna villa aut parochia, vna audit secum diuina de domicilijs ipsorum, tunc obiectus annualis prescripcionis procedit et habet locum contra agentem de furto;|| sin autem ab inuicem actor et reus sunt distantes, non alia prescripcio excepcionis agentem pro furto repellit, nisi tan-tum triennalis et imputent sue pigricie omnes de-sides et lenti, qui in sui dampnum recuperacio-ne curauerint vigilare.

110. (78). De pueris non habentibus annos discrecionis.

Si quiuscumque pueri impuberes ante legittimam etatem ad iudicia trahuntur super hereditaria questione et ob defectum etatis cum actore litem contes-tari nequeunt, propter quod ex interlocucione iudicis litis cunt. eadem usque ad etatem debitam illorum puerorum prorogatur et dilacione pendente aliqui an-ni effluere consueuerunt, quibus tunc pueris legit-timam etatem accingentibus,| si questio eadem ip-sis innouatur, excepcio prescripcionis idem pueri agentibus de se illorum annorum, quibus indu-ciati fuerunt, opponere non ualebunt, sed tantum vtentur illorum dierum prescripcione, si qua a-pud ipsos uel ipsorum progenitores, antequam fuissent primo ad iudicium super eandem cau-sam vocati.

111. (79). De prescripcionis distinccione.

Cum realis distinccio personalis habeatur, inter quas quedam persone libere ut virorum, aliarum autem, ut mulierum minus agere libere possint in iudicio super rebus in hereditatibus ipsis debitis siue obligatis: propter quod statuimus, ut viris
50] et masculis prescripcio triennalis tantum curat,|| viduis vero VI anni propter fragilitatem sexus in prescripcione opponantur; mulieri autem ma-ritate, cum non habeat sui ipsius liberam potes-tatem propter maritum, X anni curant in pre-

scripcione.

112. (80). De calumpniarum preclusione.

Ut calumpnijs omnium malorum hominum om„nis via precludatur, consueuerunt etenim multum quidam litigiosi calumpniose iuros innocentes de crimine homicidij commissi ante multos annos querulose accusare, cuius probacio seu purgacio propter vetustatem facti facilis habere non potest. Vnde statuimus, ut si quis de crimine homicidij velt agere accusare, cupiens penam capitis sibi iu„dicare et opponere | antequam ~~xxx~~ III anni elaban„tur a die criminis commissi hoc in iudicium de„ducat, alias III annis elapsis petenti et agenti pro capite obstabit excepcio prescripcionis obiectus.

42. (81). De obstaculo prescripcionis.

Franciscus deposuit querelam contra Gregorium, quod in ipsius hereditate posuit sepes et intra il„los sepes omnes fructus, quos fecit et facere poterat, percepit; Gregorius respondit, quod idem Franciscus in eadem villa die ac nocte est et fuit insimili„cum ipso Gregorio per duos annos et tacuit, nec ipsum vnquam ammonuit vnico verbo pro sepibus predictis. Nos itaque attendentes desidiam seu pi„griciam ipsius Francisci, declaramus in hoc ca„su ipsi Francisci tempore duorum annorum ob„stare || prescriptum.

43. (82). De virginis tutela infantule.

Franciscus neptam suam Luciam constitu„tam in etate in etate infantuli orphanam cum bo„nis valentibus C mr. tenendam, seruandam in suam curam recepit; tempore vero procedente ip„sam dum adhuc esset minor annis, de XX dum„taxat marcis maritauit. Deinde stando cum ma„rito post IIII annos eadem Lucia pro bonis resi„duis restantibus ultra predictas XX marcas Fran„cisco suo auunculo (s). (: nicoboloviczony :)

44. (83). De taciturnitate et prescripcione.

Franciscus vendidit Gregorio hereditatem pro C mr. pro Gregorius LX mr. statim exsoluit, re„siduam pecuniam in certis terminis promittens

se soluturum, et sic idem Gregorius per IIII an- | nos pacifice et quiete non totali solucione tenu- it et possedit predictam hereditatem. Demum prope finem quarti anni idem Gregorius emptor reliquam pecuniam offert se daturum et solutu- rum Francisco venditori; Franciscus vero nititur et querit, quod possit rescindere eandem vendi- cionem, cum per tantum tempus non fuerit sibi totalis solucio facta. Quapropter nos declaramus et statuimus, propter quietam pacificam posses- sionem habitam per III annos et per III menses, predictam vendicionem perpetuam habere fir- mitatem, obstante tanti temporis taciturnitate et prescripcione.

45. (84). De concessionis taciturnitate.

Franciscus Gregorio mutuavit XX mensuras
51] tritici, quas || pluries monitus non restituit; Gre- gorius vero quesivit ab ipso Fra. quando sibi pre- dictum triticum mutuasset? respondit, quatuor annos fuisse. Nos ipsi Fran. in possimus silencium propter tanti temporis decursum.

46. (85). De iudicis solucione, que dicitur pamanchne.

Licet pro dimenda pauperum vexacione dudum solucio dicta wlgariter trezsczne, que consueverat iudici presidenti seu diffinienti aliquam causam applicata, fuerit sublata et extincta, tamen eadem solucio exquesito colore sub alio nomine, quod dici- tur pamianchne dinoscitur esse innovata, que vi- detur transcedere predictam solucionem. Unde circa hoc modum imponere cupientes,| decernimus, quod in causis hereditarys vel non hereditarys atta- men magnis, iudex pretextu dicte solucionis pa- manche vltra IIII-or grossos exigere et recipere non presumant; in minoribus vero causis tantummodo duos grossos exigendi habeat facultatem.

47. (86). De fratrum sororum divisorum hereditaria ques- tione.

Quamvis negocia mortua et finita quasi con- tra naturam difficile sit retractare, tamen repe- riuntur non nulli, qui coloribus exquisitis mor-

tua et finita negocia moliuntur refricare, videlicet in hoc, quod aliqui fratres vel sorores cum fratre sint ab invicem in bonis paternis separati et divisi, tamen si contingat, quod aliquis eorundem fratrum in questione hereditaria accipiat contra se senteciam diffinitivam, postmodum alter ipsorum accedens ‖ presenciam allegat, se conceptum et ad eandem questionem tamquam illum, cuius intererat, non nominatum, postulans ex hoc debere eandem senteciam retractari et sic huiusmodi sentenciam per talem peticionem consuevit retractari. Unde nos volumus, quod in huiusmodi litibus

(s) suus habeatur. Statuimus, quod ubi fratres vel soror cum fratre suo fuerint ab invicem in bonis paternis divisi et separati, si contingerit unum ipsorum in hereditaria questione contra se diffinitivam senteciam reportare, alteri eorum postmodum funditus interdicta sit potestas infirmandi seu arguendi senteciam eandem, sed pro parte hereditatis duntaxat ipsum contingente movendi questionem plenam habeant facultatem. Si huiusmodi fratres vel frater cum sorore non | fuerint in bonis paternis ab invicem divisi et separati, si sint quoad annos legittime etatis et habentes plenam discrecionem, volumus, quod in hereditate, pro qua questio agitatur vel ventilari speratur, per ministerialem, ut in alia consuetudine docetur, trinum citacionis edictum puplice proponatur, citando, quod si sit aliquis, qui habeat vel possit habere aliquod ius in dicta hereditate vel hereditatem, aut sua quomodolibet intersit, die prominus assignata veniat et compareat ostensurus et defensurus, alias si post talem citacionem eo, cuius intererat, non comparente, diffinitiva sentencia super eadem hereditate proferatur, cuilibet postmodum venienti et volenti eandem ‖ senteciam arguere et refricare seu innovare, sit interdicta potestas, sed ipsam senteciam decrevimus perpetuam habere vigorem. [52

113. (87). De iudicis pene restitucione.

Cum in causarum processibus apud iustos iudi-
ces nil habeat vendicare vel fauorem vsurpare, ti-
mor preualere aut premium iusticiam euertere, sed
gestent statiuam in manibus equo libramine lau-
des appendentes, ut in concipiendis et ferendis sen-
tencijs solum deum habentes pre oculis ire velud
fame sue prodigij et persecutores ipsorum honoris
contra eorum conscienciam et iusticiam per graciam
aut per sortes quisquam faciant partis in gracia-
mine. Propter quod | statuimus, ut si aliquis de-
inceps iudex ordinarius vel delegato, dei timore
postposito oblique senteciauerit contra clientu-
lum alteri parti ipsum condempnando super he-
reditate aut alia re certa, iudicium dedicta, et
propter hoc pars dampnata ad superiorem ap-
pellat, et quia moris est in iudicio Polonicali,
quod iudex a quo, cuius sentencia per partem
impugnatur, non prius vult nec tenetur suam
sentenciam defensare, nisi prius per partem tres
marcarum aut pelles madurine sibi assignentur,
ut paritas in penis habeatur, si idem iudex vin-
catur per partem condempnatam, eidem pelles aut
III mr. receptas cum pena pentnarecske suffusus ru-
bore suo aduersario restituat, qui ad superiorem
in falsa pronunciacione euocauit.

48. (88). De rusti||corum pena, qui furem inclamati non insecuntur.

Nagod villanus deposuit querelam contra suos
vicinos villanos, quod cum equus tempore noctur-
no sibi fuerit subtractus, idem Nagod cum instan-
cia requisiuit et pecijt eosdem suos vicinos villa-
nos, ut per vestigia eundem furem pro eodem e-
quo rehabendo, insequi ipsum adiuuarent, villa-
ni vero insequi furem recusauerunt et ita Nagod
predictum equum amisit. Nos itaque in tali ca-
su declaramus, predictos villanos ad soluendum
equum predicti Nagod condempnamus.

49. (89). De digitorum mutilacione et iuramento.

Petrus conquestus est de Iohanne, quod ipsum
IIII^or digitis in manu gladio mutilasset, quod Io-

hannes se fecisse negauit et pede | Petrus pro ea„ dem mutilacione post annum elapsum satisfac„ cionem habere fatebat, nos itaque in tali casu eandem Pe. post tercium pronunciauimus iu„ raturum, quod predictam mutilacionem IIII^or digitorum habuit a Iohanne.

50. (90). De pena, qui iudicis senteciam reprobat.

Petrus agebat contra Iohannem iudicem, quod in causa, quam coram ipso habuit, iniustam et iniquam senteciam contra ipsum promulgauit, a qua sentencia tulit, eundem iudicem non pro„ uocauit vulgariter nenaganil. Nos itaque huius„ modi sentenciam iudicis, quod non fuit aliqua prouocacione suspensa, polonice nenagona, de„ claramus transiuisse in rem iudicatam, predic„ tum Pe. || ad penam debitam condempnantes, a„ lias pro iudicibus expressam. [53

51. (91). De silencij probacione ex parte hereditatis.

Falco pro hereditate agebat contra Henricum. Henricus opposita longi temporis prescripcione, ip„ sam prescripcionem, ut debuit, probauit. Iudex uero ipsum Henricum absoluit ab eadem impeti„ cione, silencium Falconi imponendo. Post hec ue„ niens iunior frater Falconis, Nicolaus, refricat et innouat eandem questionem. Nos itaque finem litibus imponentes, declaramus, Nicolaum fra„ trem iuniorem predicti Falconis non esse audien„ dum et et (s) sentenciam iudicis dicimus transs„ isse in rem iudicatam.

52. (92). De plurimorum fratrum molendinatore. |

Franciscus et Henr. III fratres habentes vnum molendinatorem, Henr. tercius frater pro quibus„ dam molendinatoris excessibus coram iudice dato et electo, debito modo ipsum molendina„ torem iudicare precepit. Demum Falco alter su„ perueniens conqueritur de Henr. quod ipsius molendinatorem iudicasset et condempnasset. Nos itaque attendentes, licere cuilibet de iure prosequi suam iniuriam, declaramus predic„ tum Henricum iustum et bene iudicasse.

54. (93). De concessi destructi equi composicione.

Nicolaus deposuit querelam de Mathia, quod licet equum suum commodasset seu concessisset ad certam viam tamquam amico, tamen Math. eundem equum sibi restituit claudicantem; Math. vero respondit fide bona eundem equum tamquam proprium se equitasse et seruasse ‖ nec sciret, vnde sibi veniret eadem lesura. Nos autem declaramus in tali casu predictum equum infra duas septimanas quiete absque aliquo labore per eundem Math. obseruandum. Qui equus infra predictum tempus si non conualuerit, extunc pro eodem pro eodem (s) equo, prout amicabiliter poterit, componere teneatur.

100. (94). De fideiussoribus solucione.

Nicolaus Math. mutuauit X mr. pro quibus Laurencius sibi dedit fideiussorem et post aliquos dies idem Math. debitor ipsi Nicolay creditori in absencia Laurencÿ fideiussoris pecuniam eandem persoluit et debebat. Ipse vero procedente predictus Nycolaus creditor Laurencium fideiussorem pro predicta pecunia traxit ad iudicium. Et quia idem fideiussor in | iudicio constitutus asserebat, predictam pecuniam per prefatum Math. debitorem principalem fuisse persolutam, nos decernimus in tali casu probandum, factam fuisse solucionem.

107. (95). Milites non emant scultecias.

Cum officium sculteto rum semper seruile existat et ad nutum dominorum suorum stare et facere iure teneantur, indecens est, ut maiores aut potenciores persone in sculltecias aliquas quam ipsarum villarum sui domini assumantur. Idcirco visum fuit nostris baronibus, ut nullus miles aut alius quicumque illustris emat aut acquirat sibi sculteciam, preter illius aut possessio-
54] nis sui domini vel pa||troni voluntatem, factam autem contra hoc statutum ipsam decreuimus irritam et inanem.

53. (96). De mortuorum kmethonum bonis.

Abusiua consuetudo noscitur esse obseruatum, quod cum aliqui vrethones de hac vita absque prole deciderunt, ipsorum bona mobilia et immobilia nomine puszczne eorum consueuerunt occupari. Vnde nos eandem abusiuam consuetudinem reprobantes, statuimus, quod de bonis eorundem decedencium, si tantum reperiatur in eis, calis pro marca cum 1/2 duabus dandis ecclesie parochiali comparetur; reliqua vero bona ad proximiores consanguineos vel affines cessante quolibet impedimento deuoluantur.

79. (97). De puerorum porcione mortua matre.

Ex communi vsu in regno nostrorum obseruatur, quod moriente matre bonorum omnium pueri a patre ipsorum tollunt medietatem, propter quod sepe contingit, filios etate iuuenili eis in parte amittere bona leuata a patre et ammodo propter ingratitudinem factam patri, patrem non succurrere filijs ad inopiam vergentibus, et sic ex tali diuisione pars vtraque sentit incomodum et reportat. Visum extitit nobis et nostre milicie, ut matre moriente filij non non (!) petant bonorum obueniencium ex linea paterna aliquam a patre porcionem, antequam ad secundas nupcias conuolabit, nisi tunc velud fame sue prodigis bona et hereditates illas communes indebite || dissiparent.

101. (98). Si mulier denuo nubat.

Statuimus, quod marito mortuo vxor circa donacionem et dotem et quelibet parafernalia in pecunijs, gemmis, lapidibus et vestibus extantibus debeat remanere, ipsa autem mortua ad pueros, si ipsos habuerit, predicta omnia deuoluantur. Que mulier habendo pueros, si alium virum receperit vel voluerit recipere, decreuimus, quod tantummodo ad eosdem pueros omnia bona paternalia integraliter cum alia medietate quorumlibet bonorum maternalium, in quibuscunque rebus consistant, absque aliqua contradiccione deuoluantur.

et residua alia suorum bonorum medietate ma-
ritum accipiat iuxta suam voluntatem.

102. (99). De dotalicio domicelle.

Ceterum statuimus, dum aliqua domicella moritur, dos siue donacio in pecunia parata sufficiat, quod in presenciam amicorum assi-
gnetur, bona vero hereditaria coram regia maiestate debebit assignari.

59. (100). De homicidio.

Laurencius conqueritur de Martino, quod iuuenem sibi interfecit, Martinus respondit, quod Laurencius non fuit legittimo matrimonio siue thoro procreatus, ex eo, quod asserebat, ipsum esse filium mulieris vagabunde. Nos in tali et simili casu dicimus caput matris exsoluendum seu obtinendum.

55. (101). De repensa homicidij et pena iudicis.

Licet antiquitus fuerit obseruatum, quod Kmetho
55] alium Kmeshonem occidendo, soluto tribus marcis grossorum a pena homicidij liberabitur, tamen quia huiusmodi pena non sufficiebat ad debitam coherciouem, inde nos statuimus, quod kmetho alium occidens kmethonem pro pena homicidij castellanie, in qua homicidium commissum fuerit vel ei, cui ius persuaserit, IIII^or marcas, consanguineis vero siue amicis proximioribus VI mar. decreuimus persoluendas. Cui homicida si non fuerit in soluendo, captus pena capitali puniatur.

56. (102). De occisore et suis complicibus.

Item si plures, puta III. vel IIII. de homicidio alicuius tis antiquitus per iuramentum accusatores omnis homicidij pu|niantur, nos tamen huiusmodi iuramentum restringentes, statuimus, quod vnus tantummodo per iuramentum actonis de homicidio condempnetur et puniatur, consortes vero eiusdem accusati, per proprios et ydoneos testes de homicidio et vulneribus se teneantur expurgare, alias deficiente expurga-

÷ cione puniantur.

57. (103). De morte casuali.

Ceterum quicumque morte casuali et improvisa contingat aliquem de hac luce migrare, puta de arbore cadendo vel in aqua submergendo ac alio quovis modo, statuimus, quod pro tali homine sic decidente nulla questio penitus moveatur. Item dum ignoratur, quis commisit homicidium, decreuimus, quod castellania de hoc non moveat aliquam questionem ‖ sed cousanguinei proximiores culpabilem inquirentes, causam, dum potuerint, prosequantur iuxta

58. iuris formam; Ut violenta audacia refrenetur, statuimus, quod dum miles parem sibi militem occiderit, pro capite LX. mar. pro mutilacione vero cuiuslibet membri XXX, et pro simplici vulnere XV. mar. solvere teneatur.

60. (104). De hijs, qui infames habeantur.

Sunt nonnulli, qui per indiscrecionem victum longi temporis brevi hora consumentes, assumunt sibi extra propria occasionem divagandi saltem formidine pene retrahantur. Statuimus, quod taliter divagantes et rapinas mittentes, quibuslibet bonis eorum, que habent, in ipso facto sint privati; et sic contingerit | huiusmodi fugitivos et divagantes nostre gracie reconciliare, volumus nichilominus, quod inter suos pares ut infames habeantur.

78. (105). De expedicionis stacionibus.

Expedit rei publice, ut subditi in quiete vivantur et quod nulli noceant et in virtutibus convalescant. Quidam preterientes ista veluti legis transgressores, quod cum per terras proprias pergunt ad expedicionem, quasi hostes moventes infinita bona, dampna pauperibus eciam plurima quasi hostibus erogare non obmittunt, per que terre nostre maxime devastantur. Volentes itaque huic periculo de remedio oportuno providere, ‖ statuimus, ut quociens cumque ad expe-

dicionem per terras nostras fit progressio, nullus stacionem faciat in villa sed in campo, nec rapinas in equis, pecudibus, peccoribus seu in alijs rebus committat, sed solum pabulum moderate tamen recipiat pro suis equis, et staciones faciant de lignis, in silvis, gagijs aut rubetis incisis et receptis et ex hoc edificia villarum intacta consistant. Uelud temerarius huius statuti violator contrarium fecerit, domino illius aut cui dampnum est illatum, dampnum resarciat iuxta suum sacramentum super ablatis prestitum cum pena in violacione statuti pro nobis cadet.

61. (106). De ministerialibus ad occisum in villa vocatis.

Consuetudine iniquissima ministerialium obseruatum exstitit, quod dum aliquem in vna occisum vocabuntur, ipsum vestibus, in quibus fuerat occisus, iure ipsorum, quod ipsi nominant krwawne, exspoliabant. Unde cum afflictis non sit addenda affliccio, eisdem ministerialibus prohybemus decetero quoslibet occisos spoliare seu exuere, sed tantummodo vnico grosso contententur, quem decreuimus eis dandum pro labore per eum, qui ad aliquem occisum procurauerit eos euocari, donec de eodem homicidio questio taliter fuerit diffinita.

Ut qŭilibet aliŭm indempnem ŭigilet conserŭare (32).
Ut viri famosi et iŭste iŭrantes (72).

S. 50.

10. V. 1952. Jadrijevica